

EXPOSITIO ECCLESIASTICA

quum blandiri videntur, & dum saltem & conscientiae quietem pollicentur, h[ab]eantur conscientia iniiciunt, & animas misere interciliunt. Adhac, ab initio dolor non adeo magnus sentitur: scilicet rites acquirit, & tandem nūtifice torquet. Si in tempore adhibetur remedium, lethiferum non est venenum; si non adhibetur, perit percussus aculeo. Ita qui Antichristi doctrina seducuntur.

6. Et in diebus illis querent homines mortem, & non inuenient eam: & desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis.

ET IN DIEB. ILLIS QUARENT HOMINES. s Tantus horror (sicut iam diximus) timidas & erroneas conscientias tenet, ut cum cupiant vel cum morte commutare, & vix magis desperati reperiuntur, quam si ipsi, qui perfectorem iactant vitam religionem, quales sunt Carthusiani & reformati, quos vocant, quorum conscientia nūquam securae sunt. ET DESIDERAB. MORI, & FUGIET MORS ABEIS. A His loquutionibus maximum animi cruciatum Scriptura significare solet. Nam quum nihil sit formidabilius morte, quum magnum aliquod discrimen imminere Prophetæ volunt exprimere, morus nomen mutuantur. Vide supra 6. d. 18.

7. Et figuræ locustarum similes equis paratis in prælium: & super capita earum tanquam coronæ similes auro, & facies earum tanquam facies hominum.

ET FIGVRÆ LOCVSTARVM. c Quo facilis sibi ab huiusmodi impostoribus caueant omnes, iterum eos suis coloribus depingit Iohannes. SIMILES EQVIS PARATIS AD PRÆL. Hoc est, promulgatim sunt ad iurgia, contentiones, rixas, lites, odia & inimicitias: & veloces sunt ad dilectendum, & ferocias ad pugnandum: nec præudent in quos incurant, siue in maiores, ipsos ob suas abusiones impugnantes, siue minores, siue cuiuscunq[ue] conditionis fuerint, si modo eratores suos ab eis impugnari animaduerterint. Imo vero non vereatur interdu[m] summos principes & magistratus hæreticos nota incessere, anathematis sententiam in eos ferre, quin & bello quoque lacefere, vbi eos qui illorum doctrinæ non subscrivent, & ad omne illorum verbum non succinunt. Amen, non mox à se ciiciunt, damnant ac perseguuntur?

ET SUPER CAPITA BARVM TANQ. CORONA. a.m. Quia sepe mirabiles efflant victorias aduersus eos, qui ab ipsorum doctrina ad Euangelicam deficiunt, (nam quotquot possunt miris tormentis ac tandem crudelissima morte afficiunt) dicuntur coronas in capitibus suis gestare. Volunt enim videri reges & regia potestate prædicti, dum omnes suis legibus subiiciuntur, ipsi vero nemini proffus subiici velint. In cuius rei signum sacrificii omnes & monachi coronam in capite gestare solent: ne quis addubitet eos sub his locustis comprehendendi, quarum hoc loco meminit Iohannes. Neque vero insignem cleri Papalis arrogantium sibi incognitam dicere poterit, quisquis turgidas eius voces propius expenderit, quales sunt, Annon regale sacerdotium sumus? an magistri nostri cum suis capitiis errant? an non sedes Apostolica sibi constaret? &c. Sic quondam Pharisæi de Christo dicebant, Nunquid ex principibus credidit in eum, aut ex Pharisæis. Sed turba h[ab]ecit quæ non nouit Legem, execrabilis sunt. Iohann. 7. g. 48. SIMILES AVRO. m Quia sicut aurum præstat ceteris metallis, sic se reputant ceteris in sanctitate & scientia præstantiores: A quum tamē pleni sint omni spiritu & supina quadam Dei ignoratione. Ideo corona ipsorum non sunt aureæ, sed tantum auro similes, quia superbia quæ cunctis præferunt, aliud nihil est quam vanitas & mendacium. ET FACIES BARVM TANQ. FACIES HOMIN. s.g. Per faciem prudentia ac sapientia, quæ in facie relucet, intelligitur. Quod igitur ait, Tanquam facies, simulatam prudenter, nimirum carnis (quæ stultitia est apud Deum) intelligit. M Adhac homo animal est mansuetum, teste philosopho; sic isti in facie & signis exterioribus se piros, humanos & mansuetos ostendunt: quamquam intus pleni sunt dolo & omni fallacia, feris ipsis crudeliores. Nam veniunt (inquit Christus) in vestimentis ouium, intrisecus autem sunt lupi rapaces, Matth. 7. b. 15. v Hoc etiam additum est, ut attentioni sedulitate ab ipsis caueamus. Neque enim hostes ex professo videri cipiunt, immo tanquam pastores, patres ac defensores haberi volunt; sed animi ferociam humana facie occultant, ac Satanæ versutiam probe imitantur, qui se in Angelum lucis transfigurat, quo facilius decipiat, 2. Corinth. 11. c. 13. Sic Mahometista, Papista, Anabaptista & similes, humana facie blandientes, veneficos suos errores per totum orbem sparsum, & ideo summopere cauendi sunt.

8. Et habebant capillos sicut capillos mulierum, & dentes earum, quasi leonum erant.

ET HABEB. CAPILLOS SICVT CAPILLOS MVL. m Notantur hic mores eorum effeminati, molles & flexibles; item fædus ilorum celibatus describitur. Quis enim hodie ignorat tam crebro iactatam Sodomiticam, hoc est Romanam illorum castitatem: de qua inter alia Rom. 1. d. 26. s Molliter quoque & in otio vitam degunt, quibus sa Decretis pontificum labor manutin etiam interdicitur, prætextu putidæ cuiusdam vñctionis, de qua tantopere gloriantur. M Et quum illis obicitur Apostoli institutum pariter & exemplum (Acto. 20. g. 34. & 1. Cor. 9. c. 18. & 2. Thess. 3. c. 9. 10.) respondent breuiter & superciliosè, quod non tenentur in hoc Apostolum imitari. Sed vtinam in hoc duntaxat ab exemplo Apostoli recedeant, & non sanam eius doctrinam tam pertinaciter oppugnarent. o Præterea capilli mulierum illis tribuuntur, quia quemadmodum meretrices blandis suis sermonibus homines ad illicitum amorem pellicunt, ita isti nebulae prætextu pietatis plurimos suis imposturis a fide Christi abducunt, & suis laqueis irretiunt. M De talibus sic Paulus Apostolus, Ex his (inquit) sunt qui subeunt in familias, & captiuas ducent mulierculas overatas peccatis, que ducuntur concupiscentiis variis, semper discentes, nec vñquam ad cognitionem veritatis venire valentes, 2. Tim. 3. b. 6. ET DENTES BARVM QVASI LEONVM. R. s Dentes leonum & lanant & grauolent: quibus & ferociæ ad nocendum & volupsum ad piorum famæ detrahendum indicatur. Haec luxuria, voracitas & rapacitas manifeste in clero Papali appa-

ret. ms Nam sicut leonum dentes nulli animantium parciunt, ita sacrificiorum & monachorum dentes nemo plus facile evaserit. Et quomodo viuis parcerent, qui ne mortuis quidem parcere possunt: nam eorum cadavera ad se rapiunt, ut ex eorum sepulchra aliquid extorqueant. In summa, sic leonum more inhant præda, ut se odibiles, fœtentes & abominabiles Deo & piis omnibus reddant.

9. Et habebant loricas sicut loricas ferreas: & vox alarum illarum sicut vox curruum, equis multis currentibus ad bellum.

ET HABEBANT LORICAS SICVT LORICAS PER. s His significantur indurata ad veritatem habere pectora. p Sicut enim retinent pro veritate mendacium, ut pro fide putent defendendam omnino perfidiam: quocircatales & corde perfidi, & ore blasphemari, & moribus reprobis delibuntur. M Semper tumultuantur, & magnas excitant disputationes contra aduersarios suos, postquam ratione destituantur. s.g. Quod vero thoraces eorum similes sunt thoracibus ferreis, significatur haud insuperabilia esse (qualia quidem iactant) illorum dogmata, nec posse aduersarius Euangelicam veritatem consistere: iuxta illud, Dabo vobis os & sapientiam, cui nō poterunt contradicere, neque resistere, omnes qui aduersabuntur vobis, Luc. 11. c. 15. A quod nostis temporibus verisimum esse deprehensum est, quin habitæ sunt in quibusdam locis disputationes & concertationes de religione: tum enim aduersarii aut presentes obmutuerunt, aut fuga statim sibi consuluerunt. Et VOX ALARVM ILL. SICVT VOX CVRRYM. s.g. Graphice describit voces illas terrificas, quibus excommunications aduersarius hæreticos (ipsi hæretici) in bullis Papalibus fulminant; item clamores & tumultuarias in scholis Theologorum disputationes: quin & murmurantium in templis horas canonicas, quod recte stridori volantium locustarum comparatur, quando ne syllabam quidem eorum, quæ murmurant percepire queas, etiam vbi diligentissime animaduerteris. o Vociferantur etiam in suis concionibus ad plebem aduersus Euangelii professores, & blasphemias multas eructant: fideles innumeris conuictis proscindunt, & magna animi elatione eos, ut Apostolatas & schismatis damnant; sed inanis est hic strepitus, quem pii omnes secure contempnere possunt, & Vel alatum nomine describuntur horum impostorum accusationes, aspidæ inquisitiones, informationes, persecutions & cædes, quas ministri isti Baal inde sinenter mouent aduersarius pios Dei cultores. Nam alè interdu[m] industria & diligentiam significant. Præterea sicut aues alis in sublime seruntur, ita istiusmodi hypocritæ prætextu diuitiarum, dignitatis, authoritatis, libertatis, priuilegiotum atque etiam Verbi per eos corrupti, in altum effertur, ac cæteris omnibus spiritis, audaces adeo sunt, ut quidlibet aggrediantur, præcipientes, mandantes, prohibentes, addentes præceptum ad præceptum, maledictionem super maledictionem, & benedictionem iis, quos sibi fauere norunt. E QVIS MVLTI S CVRRENTIBVS AD BELLVM. Diuini curris diuersis viis & diuersis equis ad idem bellum rapiuntur: sic isti licet diuersis hæretibus, vñanimiter tamen Ecclesiam impugnant. Et quum fere semper inter se diffideant, quo tamen Euangelii lucem extinguant, concordes sunt & vñanimi consensu bellum Christo inferunt. Quemadmodum de Pharisæis & Sadduceis legimus, Matth. 22. d. 34.

10. Et habent caudas similes scorpionum: & aculei erant in caudis earum, & potestas earum nocere hominibus membris quinque.

ET HABEB. CAUDAS SIMILES SCORPIONVM. o Cauda posterior pars est, & finem designat, qui extensis est & admodum longius, quamquam prima facie modesti & humani appareant. Expedit eorum mores & consilia: & agnosces eos nunquam nocentiores esse, quam dum de suo aliiquid remittunt. Dum enim aliquam inuentionem suarum abolieri patiuntur, longe maiora & deteriora ab Euangelicis postulant & expectant. M Adhac, quum ratione & tumultu sua vanæ & peruersæ doctrinæ aduersarios suos superare nequeunt, querunt auxilium principum, quos sibi adstringunt, eis adulando & blasfidiendo, ut sequantur in fideles, & ad mortem usque perséquantur. Vnde, ET ACVLEI ER. IN CAUDIS EARVM. s Hoc est, Venenatum post se relinquunt aculeum, vbi blandus eorum receptus fuerit sermo. Quicquid agunt, dicunt & moliuntur, semper ad exitium & conscientia dirum cruciatum spectat, Nam hominem semper relinquunt salutis suæ dubium. Veluti quum dicunt neminem posse certo cognoscere, an filius Dei sit, an non: sed satis esse si quis credit, quod credit Ecclesia, & id genus sexcentas blasphemias euomunt, & laqueos conscientiis iniiciunt. ET POTEST. EARVM NOCERE HOMINIBVS MENSIB. QVINQ. A Vide verum huius capituli quintum. Horrendum certe monstrum nobis hoc loco proposuit Iohannes, ut Deum adenter oremus, quo nos à tali mostro conservet, & pios omnes eripiat.

11. Et habent super se regem, Angelum abyssi, cui nō men Hebraice Abaddon, Græce autem Apollyon, id est, perdens.

ET HABENT SUPER SE REGEM, ANGELVM ABYSS. Deus summe bonus, licet occultis, iustis tamen iudiciis congruum talibus Angelum præesse permisit, à quo enim quis deniū est, huic & servus addictus est, 2. Petri 2. d. 19. Idcirco Apostolus de Antichristo loquens. Cuius est, inquit, aduentus secundum operationem Satanæ cum omni potentia & signis ac prodigiis mendacibus, & cum omni deceptione iniustitia in iis qui pereunt, pro eo quod dilectionem veritatis non receperunt in hoc ut salvi fierent. Et propter ea mittit illis Deus efficaciam illusionis, ut credant mendacio, ut iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed confenserunt iniuriant, 2. Thess. 2. c. 9. s Videamus ergo, quo spiritu agitantur huiusmodi Doctores, nempe Diabolico, a qui mendax est & pater mendacii, Job. 8. f. 44. Hinc Paulus Apostolus dicit, Spiritus certo loquitur, quod in posterioribus temporibus descendit quidam a fide, attendentes spiritibus impostoribus ac doctrinis dæmo-

demostionum p
evi NOMEN HE
quædicas, Pe
Ieron Grace fig
de suo adiecit
Grace Iohann
Neque tamen
re, quid sit Ap
A Nam nome
Sicur enim Sa
quitia vaues
luorum venen
adeoque celest
lo nominatur,
faretur, & inad
12. Vev
hac.
VA NTVM
vecum perf
potentiam eu
tamen deltru
DVO V PO
rienda. Nam
persequitio
circa hanc &
tu otis sui, &
13. Es
ex quatuor
ET SEX
Verbi ministr
gilli, Supra,
angelii veri
hannaes de
promotori
christum &
VN. IX Q
muniū Eu
gelista se
pro quo off
teri Testam
bus alearis,
dicatores,
ribus per e
Antichristi
doctrinam
Euangelici
agnolere
ANTE O
Christus L
tu no[n] es
14. I
quatuor ph
rate.
DICEB
quatuor o
potentia
quatores
ligatores
Solutio
Spiritu
Angelu
terebet
destrig
magis q
cautuan
Dei imp
ergo: an
vitam ve
muniū
fieri pot
gaofcus
non letat
Qua[m] de
hostib
quoque h
animalia
nebat. A
MAGNO
tur vis ar
potentia
bitatio di
monum
te temp
eiam, q
bant, sic
tiam &
Ecclisia
Italica,
15. r
ram, &
parte